Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Prologus in pentateuchum

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

ee meditum. cui laus e in ev. aiadiu
mus p̄ronnia ūba illius aie langue
tis ee medicina. Jacob. petr. iohs. iu
das vii. eplas ediderunt. tam misticas
qm succinctas. & breues pit & longas.
breues in ūb. longas in sentētiis. ut
rarus sit qui n in ear lecce cecutiat.
Apocalipsis iohis tot ht sacramenta
qt ūba. Par dici. & p mito uolumis
laus omis inferior e. Inūb singul
multiplices latent itelligētie. Oro te
fr kme int h uiue ista meditari. nl
aliud nosce nich q qre. Nonne t uide
tur iam hic in tris regni celestis ha
bitacli. Nolo ut offendaris i scptu
sis simplicitate & qi uilitate ūbor
q ul uitio intptū ul de industia sic
plate sunt ut rustica ōtione facili
instruerēt. & i una eadēq snia aliter
doctus alit indoctus sentiret. Nō sū ta
petulans & hebes ut h me nosce polli
ceat & eor fructus carpe in tra. quor
radices in celo fixe sunt. Sz uelle fate
or. & cetis me pfiteor. magrm reuuent
comite spondeo. Petenti datur. pulsa
ti apitur. qrens iuenit. Discam in
tris quor nob sciā pseueret in celo. ob
uiis te manibz excipiā. & ut inepte ad
ac de hermagore timiditate offunda.
quicqd qsieris tecum scire conabor.

VIII

Habes hic amatissimū
hui fr̄em eusebiū. qui litterarū
tuar in grām duplicauit. referens ho
nestate mor tuor. ctemptū sclī fide
amicitie. amorē x̄. Nam prudentiā &
eloquij uenustatē etiam absq illo ipa
epla pferebat. Festina qso te & herenti i
salo nauicule fune magis pcide q solue.
Nemo renūciaturus sclo bn pt uende q

ctempsit ut uendet. Quicqd i sumpt de tu
o tulis. p lucro oputa. Antiq dictū e aua
ro. tam dee q ht qm q n ht. Credenti
tot mund diuitiar e. Infidel aū obolo
indiget. Sic uiuam tamqm nich hn
tes. & omnia possidentes. Victus & ue
stit. diuitie xanor. Si hes in potestate
rem tuā uende. si n hes pice. Tollenti
tunicā. & palliū relinqndum e. Scilz n
tu semp recrastinans & die de die tra
hens caute & pedetemptī tuas possessi
unculas uendidis. n ht xpc unde alat
paupes suos. Totum do dedit. qui
seipm obtulit. Apli tm nauem & reta
reliqrunt. Vidua duo era misit in ga
zophilaciū & ptult cteris diuitiis. Faci
le ctempnit o. qui se semp cogitat ee
moriturum. Prolog i pentateuchū

Desiderij mei desidatas acce
pi eplas. qui quoda pslagio
futuror. cum danyele sor
tit e nom. obsecrantis ut
translatū in latinam lingua de hebo
sermone pentateucū nror auribz tra
derem. Piculosum op certe. & obtrectato
rū meor latrantibz patens. qui mea
serunt in septuaginta intptum sug
gillatione noua p ueteribz cudē. ita in
genium qi uinū pbantes cū ego sepis
sime testat sim me p uili portione in
tabnaculo di offre que possim n ope
altius alior paupertate fedari. Qt ut
auderem origenis me studiū puoca
uit qui editioni antiq translatione
theodotionis miscuit aristēo & obelo — asterisco
id est stella & uir opus omē distigue — ueru
ouu aut illucesce facit q min an
tiant aut supflua qq iugulat & cofod.
maximeq euanglistar & aplor au

ctoritas promulgavit. in quibus multa de veteri testamento legimus que in nostris codicibus non habentur. ut est illud. Ex egypto vocavi filium meum. et quoniam nazareus vocabitur. et videbunt in quem compunxerunt. et flumina de ventre eius fluent aque vive. et que nec oculus vidit nec auris audivit. nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. et multa alia que proprium syntagma desiderant. Interrogemus ergo eos ubi hec scripta sint. et cum dicere non potuerint de libris hebraicis proferamus. Primum testimonium est in osee. secundum in ysaia. tercium in zacharia. quartum in proverbiis. quintum eque in ysaia. Quod multi ignorantes apocriforum deliramenta sectantur. et hiberas nenias libris autenticis preferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudei prudenti factum dicunt esse consilio ne ptholomeus unius dei cultor etiam apud hebreos duplicem divinitatem comprehenderet. quod maxime idcirco faciebant. quia in platonis dogma cadere videbatur. Denique ubicumque sacratum aliquid scriptura testatur de patre et filio et spiritu sancto aut aliter interpretati sunt. aut omnino tacuerunt ut et regi satisfacerent. et archanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas alexandrie mendacio suo extruxerit. quibus divisi eadem scriptitarent. cum aristeus eiusdem ptholomei pattifer. i. ypaspistes. Et non multo post tempore iosephus nichil tale retulerint. sed in una basilica congregatos contulisse scribant non prophetasse. aliud est enim vatem. aliud esse interpretem. Ibi spiritus ventura predicit. hic eruditio et verborum copia ea que intelligit transfert. Nisi forte putandus est tullius economicum xenofontis et platonis pytagoram et demostenis prothesiphontem afflatus rethorico spiritu transtulisse. aut aliter de eisdem libris per septuaginta interpretes. aliter per apostolos spiritus sanctus testimonia texuit ut quod illi tacuerunt. hii scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minime. Sed post priorum studia in domo domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante adventum christi. et quod nesciebant dubiis protulere sententiis. Nos post passionem et resurrectionem eius non tam prophetiam quam hystoriam scribimus. Aliter enim audita. aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus. melius et proferimus. Audi igitur emule. obtrectator ausculta. Non damno. non reprehendo septuaginta sed confidenter cunctis illis apostolos prefero. Per istorum os michi christus sonat quos ante prophetas inter spiritualia carismata positos lego. in quibus ultimum pene gradum interpretes tenent. Quid livore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione videor errare. interroga hebreos. diversarum urbium magistros consule. Quod illi habent de christo tui codices non habent. aliud est si contra se postea ab apostolis usurpata testimonia probaverunt. et emendatiora sunt exemplaria latina quam greca. et greca quam hebrea. Verum hec contra invidos. Nunc te precor desideri karissime. ut qui tantum opus me subire fecisti et a genesi exordium capere orationibus iuves. quo possim eodem spiritu quo scripti sunt libri in latinum eos transferre sermonem.

Explicit prologus.

Incipit liber genesis. I

In principio creavit deus celum et terram. Terra autem erat inanis et vacua. et tene